



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

IVRIS CANONICI|| SEV PONTIFICII|| PARTITIONES,||

Grégoire, Pierre

[Frankfurt], 1595

VD16 G 2996

13 De sacramento ordinis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63677)

- d** Priore ad Corinth. c. 7. vers. 1. bonum est A
homini mulierem non tangere, pro-
pter fornicationem autem vnusquis-
que suam vxorem habeat, & vna quæ-
que suum virum, &c. Facit, ca. non enim,
3 2. quest. 1.
- e** Ca. omne bonum, 2 7. quest. 2. c. fin. de Con-
dit. Apposit. vide multa & pulcra, & v-
tilia nisi fallar, quæ diximus, lib. octauo.
Syntagm. iuris vniuersi, capite primo.
- f** Ca. nuptia, & ca. integritas, 3 2. q. 1. ca. B
quis ignoret, 3 2. questione quarta.
- g** Ca. si quis propter, c. si quis vel, ca. si quis
nuptias, 30. dist. ca. si quis vituperat, ca.
quicumque virginitatem, 3 1. distinction.
in cap. 30. Apostolorum.

DE SACRAMENTO

ORDINIS.

TIT. XIII.

*Tractatur de hoc, in titulo de Temporibus or-
dinandorum, & qualitate ordinandorum, lib. 1.
Decretalium tit. 11. lib. 1. Sexti tit. 9. & apud
Gratianum distinctio. 21. 24. 25. 50. 51. eo perti-
nent tituli libri primi Decretalium 12. de Scr-
utinio in ordine faciendo, & Nouella de Sanctissi-
mis Episc. & 24. Gratia. 13. de Ordinatis ab Epi-
scopo qui renuntiauit Episcopatu, 14. de Etate
& qualitate & ordine proficiendorum, & in
Sexto lib. 1. tit. 10. in Clement. lib. 1. titu. 6. No-
uella Iustina. 6. quomodo oporteat Episcopos &
clericos ad ordinationem produci, &c. In Nouel-
lis Leonis sunt ha. 2. qui alioquin principe sacer-
dotio dignus est, si legitimi liberi illi sint, non im-
pediatur illum consequi, 3. ut qui sacerdotes cre-
andi sunt secundum Ecclesia ritus ea lege creen-
tur, ut omnē deinceps vitam cœlibē agant, &c.*

CAPVT I.

Sacramentum ordo, & quid.

INTER Sacramenta, ordinis Ecclesiasti-
ci Sacramentum ponitur, *a* qui habet
Ecclesiasticam Hierarchiam. *b* Ita ordo,
est signum seu signaculum quoddam, per
quod spiritualis aliqua potestas, & officium
traditur ordinato. *c*.

SCHOLIA.

- a** Ca. fin. de Presbytero non baptizato mini-
strante.
- b** Hierarchia, est sacer ordo vel sacer prin-
cipatus, hoc enim nomen Græcum refert.
- c** In quarto sententiarum distinctione 24.

CAPVT II.

- 1** Quot sunt ordines secundum Theologos
& ius Pontificium.
- 2** Diuisio in maiores & minores.

SEPTEM sunt ordines ex communi sen-
tentia Theologorum Ecclesiastici; ve-
luti classes septem, ad quas vniuersus cle-
rus referri potest; nempe Ostiarius, Lecto-
rriatus, Exorcistatus, Acolytatus, Subdia-
conatus, Presbyteratus. *a*.

Secundum iuris pontificii decisiones,
b his duo alii adduntur: ante omnes præ-
dictos primum Clericatum seu primam
tonsuram *c* ponimus; postremum vero
Episcopatum *d*. Ita nouem erunt ordi-
nes. *e* Quod pertinet ad gradus ministro-
rum Ecclesiasticorum & ad Ecclesiasti-
cam Hierarchiam, quæ imitatur cœlestem,
f in qua totidem, nempe nouem sunt;
g Clericatus seu prima tonsura, quæ vul-
go corona dicitur, est ianua omnium or-
dinum, *h* & seminarium clericorum, *i* ex
quo aliorum ordinum clerici sumuntur.
D Oportet autem a minori hoc gradu cleri-
catus successiue peruenientem, ad Episco-
patum conscendisse, non per saltum seu
inuerso ordine. *k* Dicunt vero Theologi,
primam tonsuram non esse gradum, sed
designationem & veluti signaculum eo-
rum, qui ad ordines promouendi sunt,
l quemadmodum Episcopatum asserunt
non esse etiam ordinem, sed apicem ordi-
nis ex Presbyteratus ordine, ex quo vnus
aliis præficiatur. *m*.

Rursum ordinum Ecclesiasticorum, *n*
quidam Minores, quidam Maiores dicitur:
Minores sunt, qui sacramentali vnctione,
sola Episcopi benedictione, cum quadam
vasorum

vasorum vel vestimentorum distributio-
ne dantur, vt Leuitis & cæteris infra. n. Cu-
iusmodi Ostiarius, Lectoriarius, Exorci-
stus, Acolytus. o. Maiores tres sunt,
Subdiaconatus, Diaconatus, Presbyteratus,
qui & sacri dicuntur ordines, distincti
hoc nomine a Minoribus. p. Dicuntur et-
iam Superiores ordines, q. additur & quar-
tus, vt dixi episcopatus.

S C H O L I A.

- a Lib. 4. Magistri sententia. distinct. 2. 1. de
his ordinibus meminit Dignus Ignatius e-
pistola ad Antiochienses, Epiphanius lib. 3.
contra hereses, Tomo 2. nos quoque de his
ordinibus, eorumque munere, institutione
& causis, tractamus, lib. 3. Syntagma. iur.
per octo prima capita.
- b Notat Hostiensis in summa, de Temporib.
ordina.
- c Ca. cum contingat, 11. de Etat. & qua-
litas. ordin.
- d C. fin. de Presbytero non baptizato mini-
stran. cap. ordinationes, 75. distinct. Dio-
nyf. Arcopagita in Ecclesia, Hierarchia.
cap. 5. tres tantum refert ordines, Dia-
conatum, Presbyteratum, & Episcopatum,
ordinem episcoporum etiam dixit Isidorus
lib. 7. Etymologiar. ca. 12. & in ca. clericos,
21. distinct. Verum hic videtur scrupulus
difficilis amotu, & nodus insolubilis, ex
ca. 1. de Ordinatis ab episcopo, qui renun-
tiauit episcopatu, lib. 1. Decretal. titul.
13. & ubi episcopus potest renuntiare &
loco & dignitati, ita vt amplius non possit
conferre sacros ordines, quod non conueni-
re videtur cum eo quod dictum est, ordi-
nem habere characterem indelebilem.
Nam si ordo sit episcopatus, non poterit ita
quis renuntiare dignitati, vt non habeat
potestatem ordinandi. Quod si dixerimus
remanere ordinem, sed executionem eius
interdici post renuntiationem: incidimus
in aliud maius dubium, quod renuntiante
vel cedente episcopo episcopatum alteri,
erunt duo episcopatus vnius episcopi, quod
negamus fieri posse: sicuti cum Celestino

5. renuntiauit Papatui Bonifacio 8. Si
post renuntiationem remansit Papa, fue-
runt duo Papa. in cap. 1. de Renuntiatio.
in Sexto, quod tamen fieri non potest, de
iure, nam prohibetur. nec fieri posse duos
episcopos vnius Ecclesie traditur: in cap.
sicut alterius vxor, 39. & can. 41. in api-
bus, 7. questione 1. Exsecrationes quoque
Schismatis, reiciunt merito ab unitate Ec-
clesie, duo capita. Proinde, & Gratianus
aut translatione episcopi desinere esse episco-
pum. in can. in apibus §. primo. septima
questione prima. Atq; Gerson prima par-
te operum, tractatu de auferibilitate Pa-
pa, consideration. 15. arbitrat, quod
habere Papatum, non dicat habere in abdi-
cabilem iurisdictionem humana auctori-
tate supra episcopatum; & quod Papatum
non dicat ordinem supra sacerdotium vel
episcopatum auctoritate Bonauentura,
qui in quarto sententiarum distinctio 2.
ait, neque episcopatum, neque Papatum
dicere plenitudinem aliquam & dignita-
tem in ordine, & nullum nouum ordinem
addere, nam certe si hoc esset, inquit Ger-
son, duo fuissent legitimi Pontifices Cele-
stinus & Bonifacius: aut Bonifacius non
fuisset, sed tantum coadiutor, remanente
in dignitate Celestino, alio administrante.
Est, & valde durum, si sit episcopatus, or-
do, vt episcopus possit mutare sedem, eamq;
relinquere & aliam accipere, & ita delere
matrimonium contractum quod ad simi-
litudinem veri matrimonii est indissolu-
bile nisi morte. c. inter corporata de trans-
lation. episco. Viderint nostri qui contra
Theologos dicunt esse ordinem episcopa-
tum, quomodo dicat dignitati posse episco-
pum renuntiare, & ita non posse sacros or-
dines conferre. Nisi vt puto verum dicamus:
in c. 1. de Ordinatis ab episcopo qui renun-
tia. episcop. ibi non potuisse ad ordines sa-
cros promouere clericos episcopatus cuius
renuntiauit dignitati, tanquam alienum
episcopum, qui alterius provincia clericos or-
dinare nequit, & non ex defectu potestatis.

M

- e** c. clericos, 21. distinct. vide qua diximus A lib. 16. Syntagmat. cap. 3.
- f** Can. fin. 98. distinctiōe.
- g** Ca. principium enim, §. omnis lapis pretiosus, c. si. de Pœnitent. distinctiōe secunda.
- h** Ca. 1. de Ordinatis. ab episcop. qui renuntia. episcop.
- i** Clem. 2. de Vita & honestate clericor. ca. cum contingat, de Etat. & qualit. ordinan.
- k** Ca. non si officia, cum 3. sequentib. 59. distin. & ibi ratio. & leg. ut gradatim. de Munerib. & honorib. ca. sicut Neophyt. 48. distinctiōe.
- l** De quo nostractauimus, lib. 16. Syntag. ca. 1. & seq.
- m** Ca. esto subiectus, cum sequentibus, 95. distinctiō.
- n** Ca. et si illa, 23. §. fin. 1. quæstione septima.
- o** Ca. 3. de Temporib. ordinat. ca. Cleros, 21. C. distin.
- p** Ca. 1. 3. & penult. de Temporib. ordina. c. 1. de Ordinatis ab episcop. qui renuntia. episcopatus; dicuntur que tres sacri ordines, in c. dilectus, 15. de Temp. ordin. cap. ad aures nostras, 5. de Temp. ordina.

CAPVT III.

Materia seu officium ordinum.

MA T E R I A, circa quam versantur isti singuli Ordines, propria est unicuique, in qua exerceat, qui ordinatur, suum munus: quemadmodum & singulis propria est forma ordinandi, ministerio vel officio concessio, & proprio cuiusque accommodata, ut liquet ex libro pastoralis, *a* & ex his, quæ agenda sunt in ministerio singulorum. *b* Ex quibus imprimitur Character animæ in quolibet ordine, in acceptione exterioris signi vel instrumenti dati accommodati ordinationi: ut quando datur clavis ostiario. *c* Codex diuinarum lectionum, lectori: *d* liber exorcismorum, exorcista, *e* & sic de similibus.

S C H O L I A.

- a** Et ex tota vigesima tertia distinctiōe.
- b** De quibus nos per totum librum 16. Syntagmat.
- c** Cap. ostiarius, 23. distinct. nos de eius officio, lib. 16. Syntagmat. cap. 3.
- d** Cap. lectore, eadem 23. distinct. nos de eius officio, eod. lib. 16. Syntagma. cap. 4.
- e** Ca. exorcista, 23. distinctiō. c. per lectis, §. ad exorcistam, 25. distinctiō. nos lib. 16. Syntagmat. iuris, capite 5.
- f** Angelus Clauas, in Summa, in verbo, ordo. 1. numero quarto.

CAPVT IIII.

- 1** Qui ordinent vel non, Abbas ubi.
- 2** Episcopus.
- 3** Renuntians episcopatus.
- 4** Excommunicatus quando ordinet.
- 5** Simoniacus.
- 6** Latini num Gracos & contra.

A B B A S quilibet, si modo fuerit sacerdos, & habeat impositionem manus episcopi, potest in proprio tantum monasterio, lectoriatum vel primam tonsuram conferre. *a*

Episcopus vero clericis suæ diœceseos, vel alterius, cum licentia episcoporum propriorum poterit ordines conferre, *b* vel ex licentia Vicariorum illorum, in remotis existentibus episcopis; vel ex licentia capituli, sede vacante.

Episcopus qui renuntiauit episcopatus, poterit etiam rogatus ab alio episcopo, ordines conferre. Si vero renuntiauerit loco & dignitati episcopali, poterit minores, non maiores conferre ordines. Qui tamen sacros ordines seu maiores, sciens dantem sine dignitate esse episcopali, ab eo acceperit; accepit quidem ordines, sed non habet executionem officii: quod si ignoranter ab eodem acceperit, quis nisi crassa & supina fuerit ignorantia, poterit cum eo discretus pontifex dispensare. *c*

Sicut

4 Sicut cū eo si ignoranter acceperit ordines ab episcopo excommunicato, poterit per episcopum suum dispensari. *d* Cæterum loquimur de episcopis excommunicatis, qui inter Catholicos prius deputati sunt, si postea sententia excommunicationis notati fuerint, vt ordinationes eorum misericorditer tolerentur, nisi simoniace factæ fuerint. *e* At si excommunicati nominatim fuerint Hæresiarchæ, & qui Catholici non sunt, vel qui Catholicorum adhuc viuentium sedem inuasent, irritæ fiunt eorum ordinationes. *f* Nec relinquitur locus dispensationi, regulariter his, qui scienter a schismaticis ordines acceperint. *g*.

5 A Simoniaco tamen non præciso & tolerato ab Ecclesia, ordinatus dispensationem obtinere potest. *h*.

6 Latini a Græcis episcopis; & contra Græci a Latinis ordinari non possunt, si ritus ordinandi diuersi. *i* Quandiu tamen is modus ordinandi in Ecclesia fuerit toleratus, non debet ornatus ex licentia sui episcopi, ab executione ordinum taliter susceptorum, suspendi. *k*.

SCHOLIA.

1 *Cap. 1. de Ordin. ab episc. qui renuntia. episcop. lib. 1. tit. 13. ca. cum contingat, de Etat. & qual. ca. Abbate, de Privilegiis, in Sexto, cap. 1. 69. distinct. ubi Glossa in principio distinctionis ait, posse Abbatem, Presbyterum, & benedictum, conferre minores ordines, Psalmistatum, Ostiariatum & Lectoriatum; non autem Acolyiatum. cap. 1. 2. 3. 71. dist. cap. 1. 2. 3. 4. de Temporib. ordinat. in Sexto. & in ca. 3. dicitur, dimissorias dare literas episcopum, de cuius diocesi est, qui promoueri desiderat, sine oriundus, sine domicili causa, sine ratione beneficii. Item dare Vicarium eius, & sede vacante capitulum. Nemo clericum alterius episcopatus, sine licentia sui episcopi, ordinare potest, rot. 1. 9. questio. 2. de personis que ordines conferre possunt. diximus, lib. 16. Syntagmat. cap. 9.*

A c *Cap. 1. de Ordin. ab episc. qui renuntiauit episcopatu.*

d *Cap. fin. de Ordin. ab episc. qui renuntiauit episcopatu.*

e *Ca. per illicitam, 3. & ca. ab excommunicatis, 4. c. ordinationes, 5. §. qui vero, 9. questione 1.*

f *Cap. 1. 2. 3. §. sed excommunicati, ca. ordinationes, & ca. fin. 9. questione 1.*

g *Dicto ca. ordinationes, §. modo, 9. questione 1.*

h *Ca. si quis a Simoniaco, 1. questione 1. vide de Glos. ad di. ca. excommunicatis, 4. ad verbum, quondam.*

i *Ca. cum secundum regulas, 9. de Temporib. ordinat.*

k *Ca. quod translationem, 11. eod. tit. de Tempori. ordinat. Tractauit de irregularitate, & aliis canonicis impedimentis, quibus Ecclesiasticos ordines suscipere & susceptos administrare quisque prohibetur, Simon Maiolus episcopus Vulturariensis, per libros quinque tractauit, & de irregularitate Marianus Socinus senior in repetitio. ad audientiam, de Homicidio.*

CAPVT V.

1 *Forma ordinandi & tempus.*

2 *Ritus in singulis.*

3 *Non conferuntur eodem die duo ordines.*

D *N*EMO ordinari debet sine titulo, *a* & sine scrutinio; *b* aut cum pecunia, sed gratis: *c* inordinate aut per saltum, *d* extra tempora. Ordinati itaque extra ieiunia quatuor temporum, ex rigore iuris sunt deponendi; & ordinantes, auctoritate ordinandi priuandi, *e* ita tamen ordinati characterem accipiunt, quare pœnitentia eis competenti imposita, sustineri poterunt, & in susceptis ordinibus ministrare. *f* Licitum porro erit Episcopis, diebus dominicis aut aliis festiuis, vnum aut duos ad minores ordines promouere: ad subdiaconatum autem, nisi in quatuor temporibus, aut Sabbatho sancto, vel in Sabbatho ante

M 2

dominicam de Passione, nulli licet episcoporum, præterquam Romano pontifici quosquam ordinare. *g* Neque etiam Sabbatho Pentecostes, alicui licet ordines sacros concedere, cum in sequenti hebdomada, recepta spiritus sancti gratia, celebrentur ordinationes.

2 Forma ordinandi consistit quoque in modo, quo conceduntur ordines singuli. Nam prima tonsura datur, leuiter detonso capillo ab episcopo vel Abbate, *s* datur **B** & in aliis proprium quoddam instrumentum ministerii; ad quod ordinatus vocatur. *l* Presbyter & Diaconus cum ordinantur, manus impositionem, tactu corporali ritu ab Apostolis introducto, recipiunt. Quod tamen si fieri omisum sit, non ideo iteratur ordinatio, sed statuto huiusmodi ordinibus conferendis tempore, caute suppletur, quod per errorem fuit prætermisum. *l*

3 Non conferuntur eidem, eadem die, ab episcopo duo vel tres sacri ordines, etiam ex mandato Archiepiscopi: & si quis contulerit, tandiu ab ordinandi potestate suspenditur, donec summi Pontificis meruerit gratiam obtinere. *m* Iteranda quoque non erit ordinatio si legitima fuerit. *n*

S C H O L I A.

a *Can. primo & 2. 70. distinctione, & tota 31. distinct. Vide cap. secundum. & capitulis questionibus, 23. de Præben. & que explico, lib. decimo sexto, Syntagm. can. 11. qui ordinat sine titulo, & qui dat licentiam accipiendi ordines ab alio sine titulo, ordinato tenetur providere. & si episcopus, 37. de Præben. in Sexto.*

b *Scrutinium, est examinatio ordinandi, num ordini idoneus sit: que fit per Archidiaconum, qui refert episcopo qualem inuenierit ordinandum, in scientia, & moribus, can. ad hæc, cap. vi nostrum, de Offic. Archid. cap. nihil est, §. episcopi, de Elect. ca. eam se, de Etate. & qualitat. ordinan-*

A *dor. maxime dicitur quis ordinandus est in Diaconum & Presbyterum, capit. vni. de Scrutinio in ordine facien. cap. eam se, quarto de Etate. & qualitat. ord. Quare, si examinatio hæc seu scrutinium non præcedat ordinationem, vel si in scio suo episcopo quis ordinetur, censetur furtive ordinem suscepisse, in quo non potest sine dispensatione ministrare. capit. 1. 2. 3. de eo qui furtive ordinem suscep. lib. quinto tit. 30. can. extra conscientiam, 64. distinct. canon. quando, 24. distinct.*

c *Gratis conferri debent ordines, neque quippiam ab ordinante vel notario pro ordinatione accipi debet, & reprobatur contraria consuetudo, capit. primo, de Simo. ca. si quis obiecerit, prima questione, tertia. can. emendari, 1. questio. 1. ca. Iacobus, de Simonia. Ratio potest esse ultra generalem, quæ Simoniam esse dicit: dare vel accipere pro spiritualibus prohibitum, c. super eo, 17. de Transact. Nempe quod episcopales reditus ideo concedantur episcopis, ut ea quæ ad Ecclesiasticam causam pertineant, suis vel Ecclesia sumptibus exsequantur. Si quid tamen notario sine pactione pro labore detur, hoc non est Simonia: canon. sicut Episcopum, prima questione secunda, canon. cum sit Romana, de Simonia. Episcopus porro infamis sit qui pecuniam accipit ne aliquem ordinet, c. nullus episcopus, 124. §. qui autem, 1. questio. 1. & qui non admittit malitiose presentatum, puniatur in potestate ordinandi, in qua deliquit, ut tractatur in ca. pastoralis, 29. §. si. de Iure patronatus.*

d *Ordinatio inordinata est & per saltum, quando prioribus ordinibus vel gradibus ordinum omisiss, maiores prius accipit: vide c. sollicitudo, 52. di. c. unicum, de Clericis per saltum promo. lib. 5. tit. 29. Oportet autem gradatim per ordines conscendere seruatis interstitiis & interuallis legitimis temporum mediocrium inter gradus. ca. 1. 2. 3. 81. distinct. Quod si quando quis per saltum fuerit ordinatus, penitentiæ imposita,*

posita. potest collato ordine omisso: ei in suscepto misericorditer per episcopum dispensari. capit. vnic. de Clerico per saltum promotio. capit. pastoralis de Sacrament. non iteran. dicto can. sollicitudo § 2. distinct.

e ca. sane super eo. 2. de temporibus ordinat. depositio hac ordinatorum est ab executione susceptorum ordinum, & ita suspensio habentur, donec & ordinans & ordinati restitutionis gratiam a summo Pontifice obtinuerint, capit. cum quidam §. de temporibus ordinatio.

f can. consultationi, 16. de temporibus ordinatio. quia tempus non est de substantia ordinum.

g cap. 1. 2. 3. de temporibus ordinatio.

h dict. c. 1. de temporibus ordinatio.

i ca. cum contingat, de etate & qualitate ordinandi. cap. 1. 79. distinct. vide quia nos diximus. de primatonia. lib. 16. Syntag. cap. 2.

k Vt supra diximus, in materia ordinandum iuxta 23. distinct.

l cap. fin. de Sacrament. non iteran.

m cap. literas, 13. capit. dilectus filius. 14. de temporibus ordinatio. Notandum tamen, quod ordine minoris, debet per temporum interstitia, nisi aliud episcopo expedire magis videatur, conferri, ut eo accuratius, quantum sit huius disciplina pondus, possint edoceri, & in uno quoque munere iuxta prescriptum episcopi se exerceant, idque in ea, cui adscripti sunt, Ecclesia, nisi forte ex causa studiorum absint. in Concilio Trident. sessio. 23. in Decreto de reformatione. cap. 11.

n can. non licet. de consecratione, distinct. 4. in ca. 67. Apostol. ca. per illicitum, 1. q. 7. & can. per illicitam, 9. q. 1.

CAP. VI.

- 1 Qui ordinari debent vel non, idonei debent.
- 2 Prohibentur alii, ut mulieres, poenitentes.
- 3 Minores etate.
- 4 Et alii qui ordinandi.

A Episcopi & tales ad sacros ordines & Ecclesiasticas dignitates promoveri procurent, qui commissum sibi officium digne valeant adimplere, si & ipsi Canonice cupiant effugere ultionem. Tales autem omnes censentur, qui speciali prohibitione non reiciuntur. *b*

Prohibentur autem & ordinem Ecclesiasticum suscipere nominatim, mulieres. *c* Quamquam legamus in Ecclesia esse & fuisse & presbyteras, & diaconissas. *d* Nam ea nomina dicta sunt non ab ordine sacramento, sed a dignitate vel cura inter mulieres, mulieribus concessa, ut quoque Abbatissam *e* admittimus.

Nec ordinantur quoque & solemniter poenitentes, & nec qui etatem requisitam ordini non impleuerint. *3*

Si qui tamen & ante legitimam etatem facto ordinati sint, suspendendi sunt ab executione officii, donec ad eam peruenerint. *g* Nec infanti conferetur prima tonsura, nisi intret religionem: *h* non etiam ei, qui coniugatus est, nisi ex consensu quoque uxoris ingrediatur religionem. *i* Et in summa paucis, non ordinantur alterius dioceseos sine proprii prelati, vel eius vicarii licentia, *k* illegitimi seu spurii / sine dispensatione vel legitimatione. *m* Non inuiti, non serui, nisi manumissi, *n* illiterati, *o* religiosi, sine prelati sui licentia. *p* Non rei criminum publice damnati, contra si occulti. *q* Et quibus ex criminibus promoti iam ad ordines in his administrare prohibentur: ex iisdem, non promoti ab ordinatione atcentur, & facilius. *s* quare nec ordinatur homicida, capitaleque crimen, facto, iussu, consilio committens, *v* quin & fortuito homicidium committens: dando operam rei illicitae, nec promouendus: & ad aliquos gradus ordinis iam promotus ad alios conscendere superiores prohibendus, quamuis in inferioribus eo casu administrare cum dispensatione permittatur. *x* Contra si rei licitae dederit operam & in culpa non sit: alioquin enim

- si in culpa est, & diligentiam nō adhibuerit, ut præcaueret homicidium, ab omni ministerio altaris repellitur. Nō ordinandus vsurarius, & ordinatus de ponendus. *aa* Nec simoniaci, *bb* seditiosi aut propriarum iniuriarum tenaces vindices. *cc* fur manifestus, manifesta infamia aspersus, *dd* rebaptizatus. *ee*. Bigamus qui vxorem eiecitam vel meretricem, vel viduam, vel duas habuit vxores. *ff* non corpore vitiiati, aut nimia deformitate læsi: *gg* qui se passi sunt sponte abscindi, *hh* furiosi, *ii* dæmone correpti, *kk* cæterique huiusmodi qui malo exemplo & scandalo possunt esse vel impedimento cæteris Christianis //
- § Itaque ordinandi, † qui sunt sobrii, *mm* prudētes, ornati virtutibus, *nn* casti, *oo* hospitaliales, *pp* non litigiosi, *qq* non cupidi, *rr* domui suæ bene præpositi, *ss* bene cogniti, & probati; & ideo peregrini clerici absque suorum ordinatorum literis venientes non suscipiuntur, nisi de ipsorum ordinatione Canonica fidem fecerint per idonea argumenta, nec ad maiores ordines promouentur, antequam illorum cōuersatio fuerit approbata. //
- 6 Non debet tamen † semel ab alio ordinatus in eodem ordine iterum ordinari, alioquin & qui ordinem secundo suscepit aut dederit deponitur. *vv* Ordinati tamen nō legitime, & non suo tempore, deponuntur & suspenduntur, ordinatorum autem ius suum ordinandi amittunt: *xx* vel si scienter indignum ordinauerit. *yy*

S C H O L I A.

- a* Ratio & decisio ponitur, in *c.* nihilest 44. de elect. Vide qui prohibeantur ordinari, & quare, in nostro iuris vniuersi Syntagma, lib. 16. cap. 10.
- b* Quilibet enim capax intelligitur, nisi de contrario doceatur, *c.* fin. de Præsumt. & edictum non ordinandi videtur prohibitorium, ideo non prohibiti censentur admittendi, *l.* cum prætor, de iudic. P. l. 1. §. de testib. in Pand.
- c* cap. noua. §. de Pœnitent. & remissio. vide qua dixi, lib. 6. Syntagmat. cap. 10. num. 24. & sequentibus. Damnati itaq; Cataphryges dicentes, quod mulier potest etiam habere Sacros ordines, ut refert Bernard. de Lutembergo in hæresibus, & reprobat diuus Thomas in postillis ad cap. 3. episto. ad Titum.
- d* can. Presbyteras, can. mulieres. 32. distin.
- e* Abbatisse frequenter in iure nominantur ad regimen mulierum tantum, ut priorisse, electa. cap. indemnitatebus. de elect. in Sexto.
- f* cap. ex pœnitentibus, ca. canones apud 50. distinct. can. illiteratos, 36. distin. nisi propter necessitatem Ecclesia inter ostiarios vel lectores admittantur. ca. placuit. 50. distinct.
- g* cap. vel non est compos, 14. de temporib. ordinat. ca. indecorum, de etate & qualitat. ordinan. Pro tonsura porro sufficit, 7. anni: pro subdiaconatu, 18. pro Diaconatu, 20. pro presbyteratu. 25. cap. si. de tempor. ordina. in Sex. Clem. fin. de etate & qualitat. ordin. in Clem. pro episcopatu, 30. ca. cum in cunctis, de elect. quamquam & alicubi minor etas sufficit.
- h* Dicto *c.* si. de temp. ordinat. in Sexto.
- i* Dict. *c.* si. de temp. ordi. in Sex. & *c.* 1. 2. 3.
- k* cap. 1. 2. 3. de tempor. ordinat. in Sexto. & in cap. 2. pœna eorum, qui scienter vel affectata ignorantia aliena Parochia clericos sine superioris licentia ordinant. de hac prohibitione tractatur & in tota 71. distinct. 72. dist. & de forma dimissoriarum literarum 73. dist.
- l* Ca. Cœnomanens. & *c.* seq. §. 6. d. c. 1. de filiis presbyter. Deut. 23. Dicunt quidam hoc locum non habere. si fuerint ingressi religionem ante ordinationem, vel fuerint canonici regulares, tota §. 6. dist. ca. 1. de filiis presbytero. cui sententia tamen alii repugnant, asserentes nec hos ordinari posse sine dispensatione, veruntamen cum illis facilius in natalibus dispensari: & hæc ego arbitrarer sententiam tutiore in Praxi: vide

- tamen Glossam tractantem hanc quaestio-
nem. in prin. § 6. dist. ad verbum, Presby-
terorum, & qua diximus, lib. 16. Syntag.
cap. 10. nn. 17.
- m** c. nisi cum pridem. §. persona. de renun. ca.
per venerabilem, qui filii sint legitimi, di-
ximus qui dispensent, in dict. c. 10. lib. 16.
Syntagm. inuiti. l. regulariter nō ordina-
tur. cau. gesta. ca. episcoporum. §. sane 74.
distin. vide ca. quorundam. & ca. honora-
tus. 79. dist. ubi: & poena episcopi inuitum
ordinantis. & in can. 1. 74. distin.
- n** cap. 1. & ca. eo lubentius, de Seruis non or-
dinat.
- o** cap. 1. 36. distin. cap. ventum, 1. qu. 1. §.
clericos, de Sanctis. episcopis in Antien. sic
nec omnino illiterato prima tonsura est cō-
ferenda. can. illiteratos 36. distin. quilibet
autem ordo sibi convenientem sententiam
in ordinato exigit, aliis alio maiorem vel
minorem. ca. cum in cunctis, de electione.
- p** ca. ad aures. §. de temp. ordin. ca. 1. § 8. dist.
quia Monachus seu religiosus propria non
censeatur habere voluntatem, cum ea pen-
deat ex prelati sui licentia, ca. nolo. ca. non
dicatis. 12. q. 1. fin. de elect.
- q** Occulti rei criminum admoneri quidem
possunt, ne ad ordines conscendant, at pro-
hiberi non possunt. cap. fin. & cap. ex teno-
re. 4. de temp. ordina.
- r** Explicatur in gloss. dict. cap. ex tenore, ad
verbum, vtatur, que & quol. circa promo-
tos & non promouendos criminosos consi-
deranda sunt.
- s** cap. si. 15. quest. 1. Turpius enim reuocatur,
quam non admittitur hospes: & spirita-
lia difficilius dissoluuntur & adimuntur,
quam concedantur. ca. inter corporalia. de
translatio. episcop.
- t** Que sint aut non sint capitalia crimina,
docetur in l. 2. de public. iudic. in P. lib. 48. E
tit. 1. apud Iulium Clarum. lib. 5. senten-
tiarum iuris. §. vlt. quest. 1.
- v** cap. si quis viduam. § 0. dist. c. 1. de Homi-
cid. ca. clericum qui, & seq. § 0. dist.
- x** cap. continebatur. de Homicid.
- Ay** Dict. ca. continebatur, & c. Presbyterum.
cap. Ioannes sacerdos. de Homicid.
- z** Vide can. secundum in 33. dist.
- aa** ca. si quis clericorum. 47. distin.
- bb** Dict. c. 2. 33. distin. & tota 1. q. 1.
- cc** ca. seditionarios. 46. dist.
- dd** Vide copiose. ca. ex literis, de furtis.
- ee** ca. confirmandi, § 0. dist.
- ff** capit. experientibus. can. si quis viduam.
§ 0. dist. cap. 1. & 3. de Biga. Vide glo. pen.
in cap. pen. 26. dist. vide, & cap. nuper. de
Biga. in Sext. lib. 1. tit. 12.
- B** **gg** Tota 15. dist. ca. 1. & fina. de corpore vi-
tatis non ordinat. ca. si quis Hæretice. 1.
questio. 1.
- hh** cap. si quis absceiderit. § 5. dist. cum simil.
ibi nota.
- ii** can. secundo & tertio. in 33. distin.
- kk** ca. Clerici, 13. distin. A qua re curia-
les milites, & in foro decertantes, obligati
ratiociniis, fuerunt olim prohibiti ordina-
ri, tota § 2. & § 3. distin. ubi & rationes.
vide distinctiones in titulo de Obligatis ad
ratiocinia ordinandis vel non, libr. 1. de-
cretal. tit. 9.
- C** **ll** Vide per totam 35. & 44. distin.
- mm** A principio 36. distin. vsque ad 40.
- nn** Vide per totas, 40. 41. 42. dist.
- oo** ca. pudicus, 43. dist. tota 26. 27. 28. 29.
30. & seqq. vsque ad 36. dist.
- D** **pp** Vide per totam 42. distin. & 86. di-
stin.
- qq** Vide per totas 46. 86. 88. 90. dist.
- rr** ca. peruenit. 47. dist.
- ss** 86. distin. 89. distin.
- tt** ca. 1. & 2. de Cleric. peregrin. libr. 1. tit.
22. vide 98. 71. & 72. dist. Incognitorum
namque prius fides exploranda est & in-
nocentia. ca. quiescamus. 42. distin. l. fin. §.
seruorum, nauta caupon. stabula. P.
- E** **vv** ca. 97. Apostolorum. c. 1. de Sacrament.
non iteran. cap. vni. de Clerico per saltum
promot. can. 67. Apostolorum dicit, ni-
si constaret ordinationem factam fuisse ab
Hæreticis, qua verba explicantur in pri-
mis, q. ordinationes facta ab Hæreticis qui

tunc pro Catholicis habebantur, sustinen-
tur in ordinatis misericorditer, si tamen
laudabilis vita commendat. cap. si qui a Si-
moniacis, 1. q. 1. Similiter, & qui ordina-
ti inuiti tracti ad ordinationem Hæreti-
corum, si statim resisterint, excusationem
habent, ca. constat multos, can. 1. quæst. 1.
Ordinatio tamē recepta ab Hæretico scien-
ter & sponte, fieri dicitur irrita in dicto.
ca. si qui a Simoniacis, in fine, scilicet quo
ad executionem ordinum. Characterem
namq; accepisse dicuntur ab episcopo He-
retico, qui ordinandi habet potestatem,
qui non pendet ex merito pralati: ideo ita
ordinati non sunt iterum ordinandi. ca. se-
cundum Ecclesia Catholica consuetudi-
nem, 19. distin. Ex Anastasio secundi Papa
epistola 1. ad Anastasium Augustum. Qua-
re ordinati ita ab Hæretico pralatis, non
repelluntur ab Ecclesia, & ex necessitate
tolerantur recantato & abiurato errore,
dummodo postquam fuissent ordinati re-
cte in Ecclesia, dum lapsi fuerunt in hære-
sim, iterata unctio non fuerint macula-
ti, ca. maximum quoque, ca. donatum, ca.
saluberrimum, 1. q. 7.

xx ca. 2. c. cum quidam, 8. c. literas, 13. in fi-
ne. c. vel non, 1. c. dilectus, 15. ca. consulta-
tioni, 16. de temp. ord.

yy can. si qui episcopi, ca. hi quoscumque, 1.
quæst. 1.

CAPVT. VII.

Finis ordinationum.

Vnius cuiusque ordinis proprius est fi-
nis, ministerium & officium conce-
sum, vt digne in cultu Dei exerceatur, a &
confusio in Ecclesia vitetur: quare, qui di-
uinum officium exercuerit non ordina-
tus, propter temeritatem abiiciendus est E
ab Ecclesia, & numquam ordinandus. b Et
vt cum honore diuini cultus quisque ho-
neste muas suum impleat, ordinari ne-
mo debet, vt dictum est, sine titulo aut be-
neficio Ecclesiastico c aut sufficienti pa-
trimonio. d

SCHOLIA.

a Vt diximus in Syntagmate iuris. libr. 16.
& dicemus in personis. lib. 3. tit. 9.

b ca. 1. de clerico nō ordina. ministra. Appo-
nitur, & in ca. 2. eius tituli, pœna alia &
pœnitentia. punitur autem ne ordinetur,
quia in ordinibus vsurpandis peccauit, id-
eo in quo peccauit. Iuxta cap. si. de Immu-
nita. Ecclesia. cum similib. ibi nota. ex in l.
qui vas. §. qui furem, de Furtis P. nisi acce-
dat dispensatio, que promotionem permit-
tat. vt ait gloss. ad dict. capit. 2. ad verbum,
Promoueri, de cleric. non ordinat. mi-
nistrant.

c ca. fin. Monachus. ca. Apostolicis, 16. quæ-
stion. 1. & ca. Sanctorum, 60. distin. cap.
2. cap. 4. capit. relatum, 90. de Monachis,
12. ca. cum secundum Apostolum, 16. ca.
dilectus, 19. & ca. dilectus, 27. de Præben-
cap. cum super, de concession. præb. Clem.
1. de iure patronat.

d ca. episcopus. 4. de præbend. in fine.

DE RELIQUIIS SAN- CTORUM.

TITVL. XIII.

De hoc tractatur in tit. de Reliquiis & vena-
ra. Sancto. lib. 3. tit. 45. in Decretalib. & lib. 3. So-
xti tit. 22. & lib. 3. Clement. tit. 16. ca. si quis præ-
pōstera. 50. distin. ca. si quis dixerit, 11. distin. 2. de
consecrat. distin. ca. Crucis, ca. Pralatum, cum
duobus sequentibus in l. nemo deinceps. C. de E-
piscop. aud. & lib. 1. C. tit. 11. nemini licere si-
gnum Saluatoris Christi humi vel in silice, aut
in marmore, aut sculpere, aut pingere. Est, & in-
ter constitutiones Imperatorum iuris Orienta-
lis collecti per Vnasadium Constantini Caballi-
ni una de reliquiis & veneratione Sanctorum.

CAP. I.

Continuatio, & quid reliquia.

DEO non tantum ꝑ templa ex mortuis
lapidibus constructa, vt diximus, con-
secrantur, sed etiam corpora Christiano-
rum, quæ fiunt habitacula Spiritus sancti. b
ex qui-